Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



192

RIAS

mea. Et dicet ei. Quid sunt plagæ
istæ in medio manuum tuarum. Et dicet.
Istis plagatus sum in domo eorum
qui diligebant me. Framea, suscitare super pastorem meum super virum
cohærentem mihi. dicit dominus exercituum. Percute pastorem. et dispergantur oves. Et convertam manum meam
ad pusillos. et erit in omni terra dicit
dominus duæ partes in ea dispergentur et
deficient. et tertia relinquetur in ea.
et educam tertiam partem per ignem. et vrabo
eos sicut vritur argentum. et probabo
eos sicut probatur aurum. ipse vocabit
nomen meum. et ego exaudiam eum.
et dicam. Populus meus es. et ipse dicet.
dominus deus meus. Cap. xiiii.

Ecce dies domini venient. et
dividentur spolia tua in
medio tui. congregabo
omnes gentes ad prelium in ierusalem.
et capietur civitas. et vastabuntur
domus. et mulieres violabuntur. Et egredietur media pars ciuitatis in capti
uitatem. et reliquum populi non auferetur
ex urbe. Et egredietur dominus. et pugnabit contra gentes illas. sicut pugnauit
in die belli. Stabunt pedes
eius in die illa super montem olivarum
qui est contra hierusalem ad orientem. et fendet mons olivarum ex media parte
sui ad orientem et ad occidentem per
ruptio grandis valde. Et separabitur
mons medium ad aquilonem.
et medium eius ad meridiem. et fu
gietis ad vallem montium meorum.
quia coniunget vallis montium usque
ad proximum. et fugietis sicut fugis
tis a facie terremotus. in diebus ozie
regis iuda. Et veniet dominus deus
meus. omnesque sancti cum eo. Et erit.

In die illa non erit lux. sed frigus et
gelu. Et erit dies una quæ nota est
domino. non dies neque nox. et in
tempore vespere erit lux. Et erit in die il
la exibunt aquæ viuæ de hierusalem. Me
dium earum ad mare orientale. et me
dium earum ad mare nouissimum. In
estate et in hyeme erunt. Et erit do
minus rex super omnem terram. In die illa
erit dominus unus. et erit nomen
eius unum. et reuertetur omnis terra
usque ad desertum. de colle ad remo
ad austrum hierusalem. Et exaltabitur et
habitabitur in loco suo. a porta benya
min. usque ad locum portæ prioris.
et usque ad portam angulorum. et a turre
ananehel. usque ad torcularia regis.
et habitabunt in ea. et anathema non
erit amplius. sed sedebit hierusalem secura.
Et hæc erit plaga qua percutiet do
minus omnes gentes. quæ pugnauerunt
aduersus hierusalem. Tabescet caro unius
cuiusque stantis super pedes suos. et o
culi eius tabescent in foraminibus
suis. et lingua eorum tabescet in ore
suo. In die illa erit tumultus domini
magnus in eis. et apprehendet unus
manum proximi sui. et seretur man
eius super manum proximi sui. Et
iudas pugnabit aduersus hierusalem.
Et congregabuntur diuitiæ omnium
gentium aurum et argentum. et
vestes multæ satis. Sic erit plaga
equi. et muli. et cameli. et asini. et
omnium iumentorum quæ fuerint in castris illis. sicut plaga hæc. Et omnes
qui reliqui fuerint de universis gen
tibus quæ venerunt contra hierusalem. a
scendent ab anno in annum. vt ado
rent regem dominum exercituum. et
celebrent festiuitatem tabernaculorum.